Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et ceciderunt balaam in eterdem exitiali sunt: et ad
dictione chore perierunt Hi sunt in epulis suis
maculae conuiuantes: sine timore semetipos pascen
tes: nubes sine aqua que a uentis circumferuntur.
arbores autumnales infructuose: bis mortue
eradicate: fluctus ueri maris despumantes suas
confusiones: sydera errancia Quibus procella tene
brarum reseruata est in eternum Secundum Matthem
Et interrogauerunt iesum discipuli e
dicentes Quid ergo scribe dicunt quod helyam
oportet primum uenire At ille respondens
ait eis Helyas quidem ueniens est: et restituet omnia Dico autem uobis: quia helyas iam
uenit et non cognouerunt eum: sed fecerunt in
eum quecumque uoluerunt Sic et filius hominis
passurus est ab eis Tunc intellexerunt discipuli
quia de iohanne baptista dixisset eis Et cum
uenisset ad turbam: accessit ad eum homo genu
flexus ante eum dicens Domine: miserere fi
lio meo: quia lunaticus est: et male patitur
Nam sepe cadit in ignem: et crebro in aquam
Et obtulli eum discipulis tuis: et non potue
runt curare eum Respondens iesus ait O generatio
incredula et peuersa: quousque ero uobiscum usque
quo patiar uos Afferte illum huc ad me Et
increpauit illum iesus: et exiuit ab eo demonium
Et curatus est puer ex illa hora Domenica v.
Exaudi domine uocem meam qua clamauit ad te adiutor
meus esto ne derelinquas me neque despicias me
deus salutaris meus Ps Dominus illuminatio
mea et salus mea quem timebo Gloria patri et filio Oratio

Deus q